



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

6. An spectatâ consuetudine contractus jure civili invalidi juramento confirmentur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

illa si pactum juramento firmatum fuerit, sonat tantundem ac si dicas, si pactum juratum fuerit, aliquid enim firmamento firmare, idem est, quod jurare sive assertorie sive promissorie. Pontius lib: 12. de matr. cap. 8. §. 7. *Hac autem spectato juris rigore.*

6. Cæterum spectata consuetudine probabilius censemus, contractus aliquos jure civili invalidos juramento confirmari, & non solum juramentum esse validum & servandum, sed etiam aliquam obligationem distinctam ab obligatione juramenti in contrahente oriri: hæc sententia placet, tum quia communis DD. ut supra diximus n. 4. tum quia praxi penè Orbis munitur: non judico autem in materia practica à communi usu & interpretatione legum esse recedendum, praxim communem testantur Mynsing: cent. 3. observ: 10. Gail: lib. 2. obser: 38. & alij passim: & quidquid sit de rationibus à nobis allatis videtur respublica Christiana admisisse istam Authenticam, & Pontificias constitutiones eo modo, ut occasione juramenti aliqua maior vis tribuatur contractibus jure tantum positivo nullis quam jure naturalibus.

tur ali irritis, v. g. quod plùs obligetur mulier, quæ consensit in alienationem fundi dotalis & juramento obstrinxit se ad non revocandum, quam ille, qui usurario juravit usuras se soluturum.

7. Juramentum, quod litis decidendæ gratiâ interponitur, tres sub se species comprehendit: Voluntarium, necessarium, & judiciale. Voluntarium est, quod extra iudicium pars parti defert, sic dictum, quòd non nisi ex ejus, cui defertur, voluntate suscipiatur. *L. 1. 2. 3. h. t.* nisi fortè inter partes conventum sit, ut ab eo, cui defertur, præstetur: tunc enim ab eo præstādum erit, sicut & semel susceptum, ab eo, cui defertur, præstari debet, nec potest referri. *L. jusjurand: 17. ff. eod:* quia licet ab initio sit voluntarium, tamen ex conventionem aut susceptionem fit necessarium, & hoc parit exceptionem reo, si is juraverit, *L. 6. & 9. ff. eod:* daturq; etiam successoribus tam in rem quam in personam. *L. 7. ff. eod:* Actori verò, si ipse juraverit, parit actionem in factum. *L. Actori C. de reb. cred:* vel actionem ex contractu, si de ipso contractu juratum fuerit, *L. si duo §. §.*

§. §.